Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Illud ergo quod de non uelando capite uiris præcipitur/incorpore quidem figuratur· sed in mente agitur· ubi est imago & gloria dī· uerba ipsa indicant· Vir quidem inquit non debet uelare caput· cum sit imago & gloria dī; Vbi autem sit hęc imago ipsa declarat cum dicit· Nolite mentiri in inuicem· spoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius· induite nouum ingnitionem eius secundum imaginem eius· qui creauit eum; Quis dubitat hanc renouationem in mente fieri? Sed qui dubitant/audiant apertiorem sententiam· Eadē quippe admonens ita dicit in alio loco· Sicut est ueritas in ihu deponere uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem· eum· qui corrumpitur sedm concupiscentias decepționis· Renouamini autem spū mentis uestrę· & induite nouum hominem eum qui sedm dm creatus est· Quid ergo/ mulieres non habent hanc innouationem mentis ubi est imago dī? quis hoc dixerit? sed cōporis sui sensu non eam significant· propter a uelasse iubentur· Illam quippe significant partē· qua mulieres sunt/ quę concupiscentialis dici potest· cui mens dominatur/ quam ipsa subdita dō suo quando receptissime & ordinatissime uiuitur· Quod ergo in uno homine mens & concupiscentia· illa regit· hęc regitur· illa dominatur· hęc subditur· hoc in duobus hominibus uiro & muliere sedm sexum corporis figuratur· De quo sacramento loquens apostolus dicit· uirū non debere uelari· sed debere mulierem; Tanto enim gloriosius mens ad superiora promouetur/ quanto diligentius ab inferioribus concupiscentia cohibetur· donec totus homo cum ipso & ea iam mortali nunc & fragili corpore in resurrectione nouissima incorruptione atque immortalitate induatur· & absorbeatur mors in uictoria; Incipit sermo admonachos

Instruit nos adque hortatur sermo duinus qualiter nos accingere debeamus ad inquirenda promissa sua· & obtinenda